sed pectus corporis sui textus
nuditate sua divino mu-
nere nequibat Hic quotiens
eum religiosi viri adire vol-
uerunt cursu avia petens
congressus vitabat humanos
Uni tantummodo ferebatur se con-
spicuum prebuisse qui
credo potenti fide id optime-
re promeruit Cui inter
multa colloquia percontanti
cur homines tantopere vitaret
respondisse perhibetur eum
qui ab hominibus frequentaretur
non posse ab angelis frequen-
tari Unde non immerito re-
cepta opinione multorum
fama vulgaverat sanctum illum
ab angelis visitari Ego autem
a Syna monte digressus ad Nili
flumen regressus cuius ripas
frequentibus monasteriis con-
fertas utraque ex parte lustra-
vi plerumque vidi ut dixi
centena uno in loco habitare
contentos Sed et bina et ter-
na milia in isdem vicis
agere constabat Nec vero
ibi minorem putetis dispersa-
rum in multitudine monachorum
esse virtutem quam eorum esse
conspicitis qui se ab humanis

cetibus removerunt Precipua ut
iam dixi ibi virtus et prima
est obediencia Neque aliter
adveniens ad monasterium
abbatis suscipitur quam qui
temptatus prius fuerit et
probatus nullum umquam re-
cusaturus quamlibet arduum ac
difficile indignumque toleratu
abbatis imperium xiij
Duo vobis referam in-
credibilis obediencie
admodum magna miracula
licet suppetant plura vero-
lenti Sed ad excitanda
virtutum emulacione cui
pauca non sufficiunt multa
non proderunt Ergo cum
quidam seculi actibus abdi-
catus monasterium magne
disposicionis ingressus recipi
rogare abbas ei cepit multa
proponere graves esse
istius discipline labores
sua vero dura imperia que
nullius facile valeret im-
plere paciencia Aliud po-
tius monasterium ubi faci-
lioribus legibus viveretur
expeteret non temptaret
agredi quod implere non
posset Ille vero nichil hys
terroribus permoveri sed